



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 101. Alius Legatus in Poli locum a Papa nominatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

postea præcipue hortatus est, ut Marco Sæcul. XVI.
 Antonio Columnæ a Papa veniam im- A.C. 1557.
 petraret, eoquod plurimæ illi in Italia
 affinitates essent, ac potentissimos juxta,
 ac oppido illustres Principes sibi ad-
 dictos haberet, ut proin, quamdiu se
 spoliatum cerneret, timendum foret, ne
 tranquillitati continuo obstataret. Tan-
 dem Philippus, ut Legato Cardinali
 ostenderet, quanti illum præ reliquis
 Caraffensis familiæ Principibus specia-
 tatem faceret, eidem duodecim millium
 aureorum pensionem largiebatur. Hac
 liberalitate Legatus nonnihil placatus
 Philippo grates rependit, ac præmissa
 obsequiosa falutatione die undecima
 Martii anno sequenti Bruxellis Romam
 profectus est.

§. CI.

*Alius Legatus in Poli locum a Papa
 nominatus.*

Dum hæc agebantur, summus Ponti- *Pallav. c. 2.*
 fex Cardinalem Polum, cuius fa- *num. 5.*
 ma inquis accusationibus apud eundem *Ciacon.*
 fuerat graviter læsa, ab Anglica Le- *p. 636. Ray-*
 gatione dimovere statuit: ast huic Viro *nald hoc,*
 idoneum, parisque meriti Præfulem sub- *ann. n. 42.*
 rogare, maximi moliminis rem esse
 probe cognoverat, quocirca longo tem-
 pore dubius hærebat, quin vel unicum
 in Anglia Præfulem reperiret, qui tañti
 momen-

Sæcul. XVI.
A.C. 1557.

momenti Legationem digne obire posset: tandem vero oculos conjectit in Guiliel-
mum Peytium ex Fratribus Minoribus,
quos Observantes vocant; hic enim
regnante Henrico VIII. libertate pror-
fus Apostolica Catharinam legitimam
esse Regis Conjugem, e suggestu pro-
nuntiabat; hinc exilii pœnam subire
cogebatur, inde in patriam nonnisi mu-
tato regni statu reversus. Hunc ergo
nonnisi probitatis, sapientiæ, ac eru-
ditionis ejus merito permotus Ponti-
fex Sedis Apostolicæ Legatum nomina-
bat, eidemque diploma tradi præcipie-
bat, quo Polus redire, Romamque
contendere jubebatur, ut ibidem varia
accusationum capita adversus eum de-
lata dilueret. Eo tempore Peytius Sa-
risberiensis erat Episcopus, qui solus
die decima quarta Junii Anno Domini
millesimo quingentesimo quinquagesimo
septimo Cardinalium Collegio adscri-
ptus fuit. Ceterum Polus præcipue
accusabatur, perinde ac si hæreticos
protexisset, eisque patrocinium suum
impendisset, maxima, qua abundabat,
animi lenitate erga illos usus; hanc
enim viam magis, quam severitatem
ad eos revocandos utilem fore cen-
febat.

§. CII.

